

riæ, hoc est, pro re ipsa, quæ mala est, & sic
quatuor sunt termini,

SOPHISMA IIX.

N. Finaliter credens non salvatur.

Q. Electus est finaliter credens. E.

Q. Electus non salvatur.

Resp. Conclusio sine ratione est negans,
cum ambæ præmissæ sint affirmantes, unde
dicendum, quod conclusio ex præmissis
non rectè inferatur. Hoc ut intelligatur,
sciendum, quod sicut in majori proposi-
tione duplex datur negatio, ita duplex ne-
gatio quoque esse debeat in conclusione,
semel verò omittitur. Potest hoc clarius
proponi, si major hoc modo formetur:

*N. Finaliter credens est is qui non salva-
tur.*

Q. Electus est finaliter credens E.

Q. Electus non est is qui non salvatur.

i.e. Q. Electus salvatur, quod verissimum.

SOPHISMA IX.

Possibile est nullum hominem credere.

Q. finaliter credens est homo. E.

*Possibile est quendam finaliter credentem
non credere.*

Resp. Ut sequatur bona conclusio ex al-
tera